

MASS PROPER: WEDNESDAY OF PASSION WEEK IN LENT

MASS *Liberátor meus* (violet)

INTROIT Psalms 17: 48-49

Liberátor meus de géntibus iracundis:
ab insurgéntibus in me exaltábis me: a
viro iníquo erípies me, Dómine. (Ps.
17: 2-3) Díligam te, Dómine, virtus
mea: Dóminus firmaméntum meum, et
refúgium meum, et liberátor meus.
Liberátor meus de géntibus iracundis:
ab insurgéntibus in me exaltábis me: a
viro iníquo erípies me, Dómine.

COLLECT

Sanctificáto hoc jejúnio, Deus, tuórum
corda fidélium miserátor illústra: et
quibus devotiónis prætas afféctum,
præbe supplicántibus pium benígnus
audítum. Per Dóminum nostrum
Jesum Christum, Fílium tuum, qui
tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus
Sancti, Deus, per ómnia sácula
sæculórum.

LESSON

Leviticus 19: 1, 2; 11-19, 25

In diébus illis: Locútus est Dóminus ad
Móysen, dicens: Lóquere ad omnem
coetum filiórū Israél, et dices ad eos:
Ego Dóminus, Deus vester. Non
faciéatis furtum. Non mentiémini, nec
decípiet unusquísque próximum
suum. Non perjurábis in nómime meo,
nec póllyes nomen Dei tui. Ego
Dóminus. Non fácies calúmniam
próximo tuo: nec vi ópprimes eum.
Non morábitur opus mercennárii tui
apud te usque mane. Non maledícies
surdo, nec coram cæco pones
offendículum: sed timébis Dóminum,
Deum tuum, quia ego sum Dóminus.
Non fácies quod iníquum est, nec
injúste judicábis. Non consíderes
persónam páuperis, nec honóres

My deliverer from the angry nations:
Thou wilt lift me up above them that
rise up against me: from the unjust
man Thou wilt deliver me, O Lord, (Ps.
17: 2-3) I will love Thee, O Lord, my
strength: the Lord is my firmament,
and my refuge, and my deliverer. My
deliverer from the angry nations: Thou
wilt lift me up above them that rise up
against me: from the unjust man Thou
wilt deliver me, O Lord.

Enlighten the hearts of Thy faithful by
this sanctified fast, O God of mercy,
and of Thy kindness turn a pitying ear
to the suppliants to whom Thou givest
the spirit of devotion. Through our
Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives
and reigns with Thee in the unity of
the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, the Lord spoke to
Moses, saying, Speak to all the
multitude of the children of Israel, and
thou shalt say to them: I am the Lord
your God, You shall not steal. You
shall not lie; neither shall any man
deceive his neighbor. Thou shalt not
swear falsely by My name, nor
profane the name of thy God: I am the
Lord. Thou shalt not calumniate thy
neighbor, nor oppress him by violence.
The wages of him that has been hired
by thee shall not abide with thee until
the morning. Thou shalt not speak
evil of the deaf, nor put a stumbling
block before the blind; but thou shalt
fear the Lord thy God, because I am
the Lord. Thou shalt not do that which

vultum poténtis. Juste júdica próximo tuo. Non eris criminátor, nec susúrro in pôpulo. Non stabis contra sanguinem próximi tui. Ego Dóminus. Non óderis fratrem tuum in corde tuo, sed pùblice árgue eum, ne hábeas super illo peccátum. Non quæras ultiónem, nec memor eris injúriae cívium tuórum. Díliges amícum tuum sicut teípsum. Ego Dóminus. Leges meas custodíte. Ego enim sum Dóminus, Deus vester.

is unjust, nor judge unjustly. Respect not the person of the poor, nor honor the countenance of the mighty; but judge thy neighbor according to justice. Thou shalt not be a detractor, nor a whisperer among the people. Thou shalt not stand against the blood of thy neighbor. I am the Lord. Thou shalt not hate thy brother in thy heart, but reprove him openly, lest thou incur sin through him. Seek not revenge, nor be mindful of the injury of thy citizens. Thou shalt love thy friend as thyself. I am the Lord. Keep ye My laws: for I am the Lord your God.

GRADUAL Psalms 29: 2, 3, 4

Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me: nec delectásti inimícos meos super me. Dómine Deus meus, clamávi ad te, et sanásti me: Dómine, abstraxísti ab íferis ániam meam, salvásti me a descendéntibus in lacum.

I will extol Thee, O Lord, for Thou hast upheld me: and hast not made my enemies to rejoice over me. O Lord, my God, I have cried to Thee, and Thou hast healed me: Thou hast brought forth, O Lord, my soul from hell; Thou hast saved me from them that go down into the pit.

TRACT Psalms 102: 10

Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis. (Ps. 78: 8-9) Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. (*Hic genuflectitur.*) Áduva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

O Lord, repay us not according to the sins we have committed, nor according to our iniquities. (Ps. 78: 8-9) O Lord, remember not our former iniquities, let Thy mercies speedily prevent us; for we are become exceeding poor. (*Here kneel.*) Help us, O God, our Savior, and for the glory of Thy name, O Lord, deliver us: and forgive us our sins for Thy name's sake.

GOSPEL John 10: 22-38

In illo témpore: Facta sunt Encænia in Jerosólymis: et hiems erat. Et ambulábat Jesus in templo, in pórticu Salomónis. Circumdedérunt ergo eum Judæi, et dicébant ei: Quóúsque ániam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Respóndit eis Jesus: Loquor vobis, et non

At that time, it was the feast of the Dedication at Jerusalem, and it was winter. And Jesus walked in the temple, in Solomon's porch. The Jews therefore came round about Him, and said to Him: How long dost Thou hold our souls in suspense? If Thou be the Christ, tell us plainly. Jesus answered

créditis: Opera, quæ ego fácio in nómine Patris mei, hæc testimónium péribent de me: sed vos non créditis, quia non estis ex óvibus meis. Oves meæ vocem meam áudiunt: et ego cognósco eas, et sequúntur me: et ego vitam ætérnam do eis: et non períbunt in æténum, et non rápiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, majus ómnibus est: et nemo potest rápere de manu Patris mei. Ego et Pater unum sumus. Sustulérunt ergo lápides Judæi, ut lapidárent eum. Respóndit eis Jesus: Multa bona ópera osténdi vobis ex Patre meo, propter quod eórum opus me lapidátis? Respondérunt ei Judæi: De bono ópere non lapidámus te, sed de blasphémia: et quia tu, homo cum sis, facis té ipsum Deum. Respóndit eis Jesus: Nonne scriptum est in lege vestra: quia Ego dixi, dili estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptúra: quem Pater sanctificávit, et misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphémas: quia dixi, Fílius Dei sum? Si non fácio ópera Patris mei, nolíte crédere mihi. Si autem fácio, et si mihi non vultis crédere, opéribus crédite, ut cognoscáatis et credáatis, quia Pater in me est et ego in Patre.

OFFERTORY Psalms 58: 2

Eripe me de inimícis meis, Deus meus: et ab insurgéntibus in me líbera me, Dómine.

SECRET

Ánnue, misericors Deus: ut hóstias placatiónis et laudis, sincéro tibi deferámus obséquio. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in

them: I speak to you, and you believe not. The works that I do in the name of My Father they give testimony of Me; but you do not believe, because you are not of My sheep. My sheep hear My voice, and I know them, and they follow Me. And I give them life everlasting, and they shall not perish forever, and no man shall pluck them out of My hand. That which My Father hath given Me is greater than all, and no one can snatch them out of the hand of My Father. I and the Father are one. The Jews then took up stones to stone Him. Jesus answered them, Many good works I have showed you from My Father; for which of those works do you stone Me? The Jews answered Him: For a good work we stone Thee not, but for blasphemy: and because that Thou, being a man, makest Thyself God. Jesus answered them, Is it not written in your law, I said, You are gods? If he called them gods, to whom the word of God was spoken, and the Scripture cannot be broken; do you say of Him, Whom the Father hath sanctified and sent into the world, Thou blasphemest: because I said, I am the Son of God? If I do not the works of My Father, believe Me not: but if I do, though you will not believe Me, believe the works, that you may know and believe that the Father is in Me, and I in the Father.

Deliver me from my enemies, O my God, and defend me from them that rise up against me, O Lord.

Make it Thy will, O merciful God, that in earnest tribute we may bring the offerings of reparation and praise. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee

<p>unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.</p> <p>PREFACE OF THE HOLY CROSS</p> <p>Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut, unde mors oriebártur, inde vita resúrgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostraras voces ut admítti jubeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:</p> <p>COMMUNION Psalms 25: 6, 7</p> <p>Lavábo inter innocéntes manus meas, et circuibo altare tuum, Dómine: ut áudiam vocem laudis tuæ, et enárrem univérsa mirabília tua.</p> <p>POSTCOMMUNION</p> <p>Cælestis doni benedictiōne percépta: súpplices te, Deus omnípotens, deprecámur; ut hoc idem nobis et sacraménti causa sit, et salútis. Per Dóminum nostrum Jésum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.</p> <p>PRAYER OVER THE PEOPLE:</p> <p>Humilitate capita vestra Deo. Adéstō supplicatiōnibus nostris, omnípotens Deus: et quibus fidúciam speránda' pietatis indúlges: consuétæ misericórdiæ tríbue benignus efféctum. Per Dominum nostrum</p>	<p>in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.</p> <p>It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: Who didst establish the salvation of mankind on the tree of the Cross: that whence death came, thence also life might arise again, and that he who overcame by the tree, by the tree also might be overcome. Through Christ our Lord: through Whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations worship it, the Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:</p> <p>I will wash my hands among the innocent, and will compass Thine altar, O Lord: that I may hear the voice of Thy praise, and tell of all Thy wondrous works.</p> <p>Having received the blessing of the heavenly gift, we, Thy suppliants, implore Thee, O God, that the same may be the cause both of the sacrament and of our salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.</p> <p>Bow down your heads before God. Give ear unto our supplications, O almighty God, and benignly grant the effect of Thy accustomed mercy to those whom Thou hast allowed to be confident in the hope of Thy good will.</p>	<p>Jesum Christum, Qui Tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.</p>	<p>Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.</p>
--	---	--	---